

Clementia quodammodo retrocommeet. L. de Justitia Dei.

(3) Omnes populi contemplantur Dei gloriam, si non de facto, attamen de jure possunt videre, modo non tenebras præferrent luci: Joh. III, 19.

#### USUS E VERSU VII.

(1) Cultus sculptilium idolorumq; impingit contra I. præc. Conf. 1. Sam. V, 3. 2. Cor. VI, 16. 1. Joh. V, 21. Jer. II, 13.

(2) Gloriamur sapere, & ferè insanimus in his, quorum pudere debuisset.

(3) Messiam regem adorant omnes angeli; quidni magnates, mortalesque alii miselli? De cultu adorat. I. præc.

#### USUS E VERSU VIII.

(1) Membrorum ecclesia vel Sionitarum est, audire religiosè, qua de Messia appropinquante regno nunciatur: Matth. III, 2. IV, 17. v. præc. III.

(2) Qui devotè audit, non potest non gaudere circa bona regni cælorum: Rom. XIV, 17. Exsunt gaudia vana atque illicita.

(3) Gaudendum etiam de conversione proximi: Rom. XI, 25. XII, 15. Phil. I, 18.

(4) Judicia Dei contra serpentem infernalem ejusdemque semen (Gen. III, 15.) omnino mirè afficiant fideles.

#### USUS E VERSU IX.

(1) Celsitudo Dei, Messiaque ipse, excedit omnem captum.

(2) Dii, h. e. tam angeli invisibiles, quam visibiles magnates (Psal. LXXXII, 6.) subsumt uni Deo vero. Se-

A quitur hinc obsequium humillimum ac indefessum. Conf. Eph. IV, 10. Phil. II, 9.

#### USUS E VERSU X.

(1) De dilectione Dei v. præc. I.

(2) Dilectio hæc sincera excludit omnem illegalitatem, ne vel in aliis nobisve ipsis mala excusemus, perpetremus, &c. Imitamur b. m. Deum amatum, Psalm. V, 5. Luc. VI, 36. 2. Tim. II, 17. L. de fuga odiòque peccati.

(3) De Sanctis,

(4) custodiâ,

(5) liberationeque divinâ, item

(6) de manu aut potestate Impiorum, ubivis ferè in Psalmis. conf. Pf. XXXV, 21. CXL, 8.

#### USUS E VERSU XI.

(1) Lux prosperitatis nec non salutaris intelligentiæ (2. Cor. IV, 6. Eph. I, 17. 18. certò speranda justis: 1. Tim. IV, 8.

(2) De integritate cordis, cui opposita hypocrisis, v. præc. I.

(3) De gaudio v. 1.

#### USUS E VERSU XII.

(1) Gaudendum in Dominò: Phil. IV, 4. Psal. LXXIII, 25. ob partem justitiam, ob sublatum maledictum (Gal. III, 13.) ob demones victos, Joh. XII, 31. mundumque, cap. XVI, 33. Rom. VIII, 38. 1. Cor. XV, 55.

(2) Nunquam deponenda sanctitatis divinæ memoria: recordandum semper verborum factorumque, v. præc. I. & II.

(3) De celebratione Dei publica & privata ibid.

### PSALMI XCVIII. DISPOSITIO.

Canite omnium Judicem. Victor Dominus.

Est hinc compellatio ad laudes I. directa ad ecclesiam; ubi (1) debitum: *cantate Domino canticum novum*: v. 1. (2) debiti hujus ratio: (a) *fecit mirabilia*: (b) *salutem sibi paravit dextra brachiumque sanctum*: ibid. [c] *Dominus notam fecit salutem suam*: (d) *justitiam suam revelavit in conspectu gentium*: v. 2. (e) *meminit gratiæ veritatisque suæ in gratiam domus Isr.* v. 3. (f) *omnes terræ fines viderunt salutare Dei no-*

stri: ibid.

II. directa ad orbem universum: (1) *omnis terra*: vel inquilini *clangite*: *plaudite*: *cantate*: *psallite*: v. 4. (2) *adhibete instrumenta musica*: v. 5. 6. (3) *mare cum omni plenitudine sua personet*: (4) *itemque orbis cum suis incolis*: v. 7. [5] *flumina plaudant*: (6) *montes cantant*: v. 8. Ratio: *Dominus venit ad judicandum juste recteque terre populos universos*: v. 9.

### PSALMUS XCVIII.

#### EXPLICATIO VERSUS I.

מוֹזְמֵר: ) Unicus hic est Psalmus, qui nuda hæc insignitur voce; cum alii vel מוֹזְמֵר מוֹזְמֵר vel מוֹזְמֵר מוֹזְמֵר vel לְרוּחַ אוֹרְבֵי אוֹרְבֵי vel לְרוּחַ אוֹרְבֵי vel aliis annexis vocabulis prænotentur.

שִׁירֵי: ) eadem hic propositio sub psal. mi initium, quæ Psal. XCVI, 1. quare ibidem dicta repeti possunt.

נִפְלְאוֹתֵי: ) etiam hoc prætonii divini argumentum productum jam fuit Psal. XCVI, 3. enunciatur in omnibus populis נִפְלְאוֹתֵי אֱלֹהֵינוּ. Vide Psal. LXXII, 18. faciens נִפְלְאוֹתֵי solus: Psal. LXXXVI, 10. quia magnus tu (es,) & faciens mirabilia. Psal. XL, 6. multa sunt Domine, mirabilia

tua & cogitata tua, quæ fecisti erga nos, plura sunt, quam ut numerare possim. Sine dubio vero respectus est ad mirabile Redemptionis nostræ opus, quod nulla sanè assequi valet ratio, nedum digne celebrare; itemque ad miracula præstita tempore tum exinanitionis, tum exaltationis nostri Redemptoris.

לְרוּחַ אוֹרְבֵי: ) i. e. ex ingente isto cum hostibus humani generis præliò incolumem seipsum eripuit, ac redivivum se stitit ex sepulchro tertia die. Convenientissimè hoc explicari potest ex illò Jes. LXIII, 1. & 7. ubi Messias, vestitu rubicundò incedens, in justitiâ loquens, atque לְרוּחַ אוֹרְבֵי ad salvandum valens, ait, nullum in cruentâ isthac pugna sibi adsti-